Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0001-1

# INDEX.


## .A.

| | no. |
|---|---|
| De Antinomiis. | .1. |
| Anticategoriis. | 41. |
| Accrescendi jure. | 12. |
| Arbitro Compromissario. | 24. |
| Actionum conceptione p. rē. | 26. |
| Actione fam. erciscund. | 27. |
| Appellatione. | 30. |

## .B.

| | |
|---|---|
| De Bona fide. | .10. |

## .C.

| | |
|---|---|
| De Conjugali impotentia. | 4. |
| Casu fortuito o lib. mutuat. | 16. |
| creditoris possessione pignor. | 19. |
| collegiis opificum. | .22. |
| conceptione actionum p. rem | 26. |
| Compromissario Arbitro. | .24. |
| crimine lesæ Majestatis. | 36. |
| canonica purgatione. | 42. 43 |

## .D.

| | no. |
|---|---|
| De Dominio. | 7. |
| Defensore judiciali. | 25. |
| Delictis innominatis. | 40. |
| Dolo malo. | 35. |

## E.

| | |
|---|---|
| De Emancipatione. | 3. |
| Emphyteusi.. | 18. |
| Erciscundæ famil. actione. | 27. |
| Executoris Pecunia. | 34. |

## .F.

| | |
|---|---|
| De Falsis. | 38. 39. |
| Fide bona | 10. |
| Felonia. | 46. |
| Familiæ Erisc. actione. | 27. |
| Feudi oppignoratione. | 20. |
| Fortuito casu o liber. mut. | 16. |

47.

# DISPUTATIO INAUGURALIS
*Comprehendens*
# FELONIÆ
Methodicam ac ſuccinctam Delineationem,
Cum Decade duplici Corollariorum ex Jure Divino, Canonico, Civili-Publico, Privato, Feudali, Camerali, Saxonico, Conſiſtorali, Statutario ac Collegiorum,

*Quam*

*ADSPIRANTE DIVINA CLEMENTIA,*
Decreto & Authoritate Magnifici ac Nobiliſſimi in Illuſtri Salana JCtorum Ordinis,

*MODERANTE*
*Viro Magnifico, Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo,*

DNO. ERASMO UNGEPAUR,

JCto & Anteceſſore in prælaudata Salana Celeberrimo, Conſiliario Saxonico, Facultatis Juridicæ Ordinario, Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſore Primario, Præceptore, Promotore ac Patrono ſuo ætatèm venerando,

PRO LICENTIA
*Nobilem Doctoris Gradum ejusq; inſignia, honores ac privilegia in utroq; JURE ritè ac ſolenniter conſequendi,*
Diſquiſitioni Publicæ ſubmittit

ANDREAS MEURER/ Mutinenſis Miſnicus

*Ad diem  Novembris*

*JENÆ,*
Typis CASPARI FREYSCHMIDII.
ANNO M. DC. L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0003-2

DEO,

PATRIÆ

PARENTIBUS,

*ac*

*Amicis.*

# PRÆLOQUIUM

MIrari licet hodiè multis in Academiis nobiliſſimo Juri Feudali tanquam ex L. diffamari tam altum imponi ſilentium, cum tamen dignitatem & inſignem ejus utilitatem qui ignorat vix ullus reperiri queat. Feuda namq; non tam inferioris & abjectæ conditionis homines, quam nobiles, comites, Barones, Marchiones, Duces, Principes, Electores, Reges ac Imperatores poſſident; Efficit in iis mutua inter dominum & vaſallum fidelitas, ut non rarò parva Reſpublica etiam contra immanes ac potentisſimos hoſtes ex arcto iſto feudali vinculo tutum quærat præſidium. Aſt cum rupta hac fide tota rei feudalis collabatur utilitas, non abs re conſul Mediolanenſis Obertus de Orto voluit, ut ſex iſta, quicquid ipſis invicem ſit incolume, tutum, honeſtum, utile, facile ac posſibile, Vaſallus & dominus ſemper memoria revolvant *c. in epiſtola de forma fidelit. 2 F. 6.* ita ut nulla fraus, nec ullum malum ingenium inter eos interveniat *c. imperiales § fin. de prohibit. feud. alienat. 2. F. 52.* Hoc Cupidinis telo erga *Feloniæ materiam* inflammatus, eam paulo prolixiori pertractatione expedire animus quidem erat, verum ſub manibus ita excrevit, ut huic propoſito inhærens non diſputationem, ſed integrum tractatum ſcripſiſſem. Quapropter ne rationem inſtituti excederem, hac vice dictam materiam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0005-4

methodicè ſaltem delineare mihi cōmodius videbatur, ut exinde conjecturari liceat, quot centum aliæ ſpecies feloniæ, quæ in noſtro jure feudali non ſunt expreſſæ, nec omnes unquam definiri poſſunt *c. Obertus. In quib. cauſ. feud. amitt. 2. F. 23.* inveniri & excogitari poſſint, ideoq; novas formas, quas natura adhuc quotidiè edere deproperat, judici perſpecto ac ſolerti relinquere neceſſe erat. *c. prima autē § 2. circa fin Quæ fuit prima cauſ. 2 F 24.* Ne autem in ordine noſtro abſquè ordine progrediamur, principium facimus decens & amabile DEO *cum Imperatore in Nov. 6. præf.*

## *I. N. D. N. J. C.*

## Brevis ac methodica Feloniæ delineatio.

1. † Feloniæ vocabulum non tam à *græco* φήλωμα ſeu φήλωπς, vel *latino* fallo, quam â Germanico vocab. Felen/ dedu-
2. ctum videtur † & procul dubio vel ſtrictè accipi poteſt pro magna culpa, ob quam feudum ac proprietas amittitur; vel in latiori ſenſu pro omni & qualibet culpa, ſive ea feudum amittatur ſive retineatur *arg. c. ſi de feudo vers. dno. comittente. Si de feudo defuncti 2. F. 26. & c. un. Qualit. dom.*
3. *propr. feud. 2. F. 47.* † Illo modo definitur, quod ſit culpa ſeu dolus Vaſalli ac Domini, *d c. prima autem §. 2. vers præterea 2.*
4. *F. 24. d. c. imperiales §. fin. 2. F. 52. c. un. Quib mod feud. am. 1. F 17.* † ob quem ille feudo, hic feudi proprietate privatur *d. §. domino com-*
5. *mittente & d. c. un. 2. F. 47.* † Et fit vel committendo vel omit-
6. tendo: † *Committit Vaſallus* feloniam vel adverſus perſonas
7. vel occaſione rerum: † *Adverſus Perſonas* vel contra ipſam domini perſonam, vel contra perſonas familiæ domini proxi-
8. mè conjunctas, vel planè extraneas: † Adverſus *ipſam domini perſonam* Vaſallus committit feloniam vel circa ipſius
9. vitam, vel circa famam † Circa *Vitam*, dum ipſi necem vel

vene-

veneno, vel alio modo infert aut inferre laborat *d. c. in epiſtola*
*2. F. 6. c. eſt & alia. De nova forma fidelit. 2. F. 7. d. c. prima*
*autem §. 2. vs. porrò 2. F. 24.* † aut inſidias ſtruit, vel eum aſſa- 10.
lit id eſt violenter aggreditur *d. vs. porrò c. quia vs. ſimiliter.*
*Quib. mod. feud. am. 1. F. 5. d. c. un. 1. F. 17. c. quidam §. ſi volue-*
*rit. De capitaneo, qui curiam vendidit 2. F. 51. & c. ſi vaſallus.*
*Quot ſunt teſtes neceſſ. 2. F. 57.* † vel inimicis ſuas amicitias 11.
copulat *d. c. un. ſi vaſallus* † *Circa famam*, dum domino gra- 12.
ves vel inhoneſtas injurias infert *d. vs. porrò 2. F. 24.* aut per ali-
um inferre laborat *arg. l. non ſolum ff. de injur. & famos. lib.*
† vel teſtimonium contra eum reddit, vel eum accuſat *c. ſcien-* 13.
*dum §. ſimiliter. De conſuet. rect. feud. 2. F. 33.* † vel ita defert, 14.
ut ex tali delatione ipſi grave honoris ac famæ diſpendium im-
mineat *d. c. prima autem vs. item ſi delator. 2. F. 24.* † *Adver-* 15.
*ſus familiæ conjunctas*, dum dominum cucurbitat ſeu cum
uxore ejus concumbit *d. c. quia. vs. item ſi fidelis 1. F. 5. & c. ſan-*
*cimus §. fin. De feud. ſine culp. non am. 1. F. 21.* † vel cum ea 16.
concumbere ſe exercet *d. vs. item ſi fidelis & arg. l. 1. D. de Ex-*
*traord. crimin.* † vel ejus filiam, neptem ex filio, nuptam filio 17.
(nurum) & ſororem quamdiu hæc in familia domini manet,
vitiat *d. vs. item ſi fidelis d. c. prima autem. vs. rurſus 2. F. 24.*
† *Adverſus extraneas*, dum fratrem ſuum aut quemcunq; 18.
alium, in quem parricidium committitur, interimit *d. c. prima*
*autem § 2. vs. deniq; ſæpè* † vel hominem h. e. convaſallum 19.
ſuum tradit, ut in curia amplius ſtare nequeat *c. ſi quis. An*
*ille, qui interfec. 2 F. 37.* † vel crimen læſæ majeſtatis commit- 20.
tit *c. felicis 5. vs. ſi quæ verò feuda De pœnis in ſexto* † *Occaſione* 21.
*rerum* vaſallus committit feloniam, quatenus ſunt vel feuda-
les vel non feudales: † *Circa feudales*, dum feudum aut 22.
feudi partem vel conditionem ex certa ſcientia inficiatur, eoq;
quod abnegaverit feudum, convincitur *d. c. ſi de feudo vers. va-*
*ſallus ſi feudum 2. F. 26. c. lex Corradi §. ſi fuerit ult. in fin. de lege*
*Corradi. 2. F. 34.* † vel grandem patrimonii jacturam facere 23.
molitur ſeu inſigne detrimentum rei feudali infert *d. c. prima*
*autem §. 2. vs. præterea 2. F. 24. c. cum de re §. 1. verſ. ſi verò. De in-*

*veſtit. de re alien. fact. 2. F. 8. & arg. c. Obertus, vs. de illa tamen*
24. *In quib. cauſ feud. am. 2. F. 23.* † vel feudum absq; conſenſu
domini ſcienter alienat *c. ſi Clientulus pr. De feud. alienat. 1. F. 13.*
*c. præterea pr.* *Quid juris, ſi poſt alienat. feud. 2. F. 44. d. c. impe-*
*riales vs. hortatu 2. F. 52. c. domino pr. de controvs. inter domin. &*
25. *empt. 2. F. 42.* † *Circa nonfeudales*, dum caſtrum vel alium
locum, quem ſciebat ad dominum pertinere, hoſtiliter inva-
dit vel aliis dominum in eo oppugnantibus opem & conſilium
præſtat *arg. d. c. in epiſtola 2. F. 6. d. c. eſt & alia 2. F. 7. & d. c. ſi*
26. *Vaſallus 2. F. 57.* † vel vicum, in quo dominus eſt, per vim ag-
27. greditur *d. c. prima autem §. 2. vs. porrò* † vel ſecreta domini
28. ſui revelat *d. c. in epiſtola vs. tutum* † *Omittendo* vaſallus fe-
loniæ reus fit iterum vel reſpectu domini; vel ratione rerum,
29. eorumq; quæ in jure conſiſtunt: † *Reſpectu ipſius domini*,
dum ſcit domino periculum grave imminere, & illud, cum poſ-
ſit, ipſi non indicat, vel ultro adjutorium ſuum non præbet *d. c.*
*ſi de feudo §. licet vaſallus 2. F. 26. d. c. eſt & alia 2. F. 7. d. c. prima*
30. *autem §. præterea 2. F. 24.* † vel dominum in prælio, pugna
vel acie periclitantem dimittit ſeu deſerit *d. c. quia pr. 1. F. 5. d.*
*c. ſancimus in fin. 2. F. 21. & d. c. prima autem §. 2. pr* † vel quan-
31. do dominum carceri incluſum cognoſcit, nec eum, cum poſſit,
32. liberat *d. c. prima autem §. 2. vs. item ſi* † vel aliud auxilium,
quod domino præſtare poteſt v. gr. alimenta pro facultate feu-
33. di ipſi denegat *d. c. in epiſtola in fin. 2. F. 6.* † vel domino pe-
tenti ſervire non eſt paratus *d. §. licet vaſallus.* † *Reſpectu re-*
34. *rum & circa jura domini*, dum intra tempus lege definitum
videl. annum & diem inveſtituram petere ſine juſta cauſa ne-
gligit. *d. c. prima autem in pr. 2. F. 24* † vel domino juſtitiam
35. facere recuſat *d. c. prima autem §. 2. vs. illud tamen.* † necâ do-
36. mino vocatus poſt tertiam vocationem ſe judicio ſiſtit *c. domi-*
*nus.* *De milite vaſallo, qui contum. eſt 2. F. 22.* † vel requiſitus
37. ea ſervitia, quæ pro feudo debet, domino præſtare negligit, ipſi-
que ſervire detrectat *d. c. ſancimus pr. d. c. prima a. §. 2. vs.* *Sed*
*non eſt alia* † Ob feloniam deniq;, per quam vaſallus feudũ
38. amittit, dominus, ſi eandem committat, proprietate feudi pri-
vatur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0008-1

vatur *d. c. ex facto 2. F 47.* & *d. c. ſi de feudo* §. *domino commit-tente 2. F. 26.* † Feudum autem amiſſum, ſi felonia in domi- 39.
num eſt commiſſa ad dominum, ſi in alios, ad proximos agnatos pervenit *d. c. prima autem in fin. d. c. ſi de feudo* §. *ſi vaſallus culpam & c. vaſalli ſi vaſallus feudo priv. 2. F. 31.* † Pro- 40
prietas verò ſive dominus in vaſallum ſive in alios delinquat, indiſtincte ad vaſallum tranſit *d. c. ſi de feudo* §. *domino committente.*

# COROLLARIORUM

## Decas duplex

## I.

## Ex Jure Divino

1. R*Egis ab Iſraelitis petiti Jura in lib. 1. Samuel c. 8 vs. 11. deſcripta fuiſſe iniqua adeò dubitandum non eſt, etiamſi jura regni in ſingulari libro ſcripta Samuelem corā domino poſuiſſe appareat ex ſubſequ. cap. 10. vs. 25.*

2 *Quî fit quod ſummus legislator filiabus Zelaphehad per Moyſen reſpondeat, quod parentibus absq; filiis demortuis filiæ demum ad hereditatem admittantur, Num. 27. vs 8. An idcircò Jus divinum filias exiſtentibus filiis à ſucceſſione excludat? Neg.*

## II.

## Ex Jure Canonico

1. *Rem alienam etiam de Jure Canonico legari poſſe non obſtat* c. 5. Extra de teſtamentis.

2. Con.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0009-9

2. *Conditionem,* ſi te virginem invenero *in ſponſalibus planè non attendi argumento eſt* c. ult. Extra de Condit. appos. in deſponſat. &c.

## III.

## Ex Jure Civili Publico.

1. *Diſcrimen inter Comitia Electoralia* die Wahl Tage *& Collegialia, Collegialtage agnoſco, licet id rejiciat* Melch. Goldaſt. in conſultatione de officio Electoris Bohem. annexa libris de regn. Bohem. pag. m. 9.

2. *Confœderationes etiam civitates imperiales facere poſſunt, modo ad defenſionem fiant.*

## IV.

## Ex Jure privato.

1. *Textus* in fin. tit. Inſt. de literar. obligat. *exceptionem nonnumeratæ pecuniæ per cõſtitutionem* in l. 14. C. de non numerat. pecun. *ultra biennii metas minimè extendi, magnam patitur limitationem.*

2. *Et in paganis quempiam pro parte teſtatum decedere poſſe innuit* l. 15. in fin. D. de Inoffic. teſtam.

## V.

## Ex Jure Feudali.

1. *An reſignatio feudi* die Aufflöſung der Lehn *id operetur, ut vaſallus nunquam ob alienationem feudi feudum amittat? Neg. contra Practicos communiter.*

2. Utrum

2. *Utrum qui ante caducitatem feudi, eò quod inveſtituram intra definitum tempus non petiit, â domino inveſtituram denuo impetrat. feudo nihilominus cadere queat?* D.

## VI.

## Ex Jure Camerali.

1. *Non minus Cameræ ac ipſius Imperatoris jurisdictionem libelli vel ſupplicationis oblatione præveniri omnino evincit* Ordin. Cameral. part. 2. tit 35.

2. *Nullitates proceſſus, modò de meritis cauſæ ex actis ſufficienter conſtet, â jure Camerali meritò non attenduntur* in Ord. Cameral. part. 3. tit. 34. §. 1.

## VII.

## Ex Jure Saxonico.

1. *Reconventio â Jure Saxonico in omnibus ſublata non eſt* per Conſt. Electoral. 7. part. 1. §. Dieweil aber *verſ.* ſondern es ſoll Kläger &c.

2. *Æquius & tutius facit judex, ſi creditoribus præſertim remotis ſubhaſtationem ſpecialem notificet, etiamſi de eo nihil exprimat* conſtit. Elector. 32. p. 1.

## VIII.

## Ex Jure Conſiſtoriali.

.1 *Sponſa, ſi hanc ob cauſam, quod ante ſponſalia cum altero fornicatus eſt, ſponſum omninò nolit, ab eo ſeparari poteſt.*

2. *Virgo caſta, vi compreſſa an nihilominus ſertum capiti imponere queat, an verò caput peplo tegat? neutrum ſimpliciter nego vel affirmo.*

## IX.

## Ex Jure Statutario.

1. *Statuto iſtius loci, in quo defunctus decedebat, heredes ejus in alio loco, ubi idem non viget, degentes minimè gaudent.*

2. *Statuta localia proprie & ſtrictè loquendo non niſi ſubditos obligant.*

## X.

## Ex Jure Collegiorum.

1. *Non admittendum eſt, ut Opifices à ſuo Collegio & opificio, opilionum, molitorum vel etiam excoriatorum filios excludant.*

2. *Nec alicujus vigoris eſt pactum eorum, ne opus quod alteri perficiendum datum eſt, alter impleat, nec id quod unus confecit, alter reficiat.*

DEO Gloriam, Patriæ emolumentum, Amicis ſalutem!

---

*EST decus eximium leges noviſſe Latinas,*
*Sed magis eſt notas ritè docere pubem.*
*Qui Meurere decus, (teneris aſſueſcere multum eſt)*
*Leges cognôſti, diſſita terra probat.*
*Non hoc ſuffecit, ſcires, ſed ſciret & alter*
*Scire tuum rectè, candidus ardor erat.*

Inten-

*Intonſus radios largitur Apollo Dianæ;*
*Largitus cupidæ ſic tua ſcita pubi.*
*Pro ſudore tuo dat Juſtinianus honores,*
*Induperator adeſt, genua flecte tua.*
*Non Nymphæ hic adſunt humiles, non candida Nais*
*Narciſſum geſtans. Sed Themis ipſa venit.*
*Ipſa venit princeps, æquato examine lances*
*Suſtentans, ſolio conſociata Jovi.*
*Non aurum, aut gemmas ſed utroq; potentius eſt quod*
*fert, frontem cupiens hoc decorare tuam.*
*Frontem ſudando madidam bis-murice tinctâ*
*Ornatus mitrâ doctor honorus eris*
*Adſunt jam charites, ſunt ter-triæ corculà Phœbi*
*Optant, proſit honos, proſit & ille tuis.*
*Sis præco Themidos, ſis ſervantiſſimus æqui.*
*Pone malis pœnas, jure levato bonos.*

Clariſſimo Dn. Doctorando, Amico ſuo percharo, ex animo gratulatur

Præſes.

---

*Clariſſ. & Pereximio Dn.* ANDREÆ Meurer/ *J.U. Cand. digniſſimo, Fautori & amico meo pl. dilecto.*

CUm tibi ſint gemini perſpecta volumina juris,
Duplicis hinc juris præmia jure capis.
Sint gradus & ſocii conſortia proſpera lecti,
Nullo non faveant tempore fata, precor.

*Honoris ergò f.*
Chriſtoph. Philip. Richter D. Com. Pal. Cæſ.
Prof. P. & Facult. Jur. Senior.

*Ergo*

ERgo Tibi faciles promittunt, Chare, triumphos
& vegetum ingenium, & commoda dexteritas.
Serta parant Veneres. Conſurge, Salana Virago,
aptatura decus purpureum capiti!

Clariſſimo Domino Doctorando, feſtino calamo gratulatur
Johannes Thomæ. J. U. D. & P. P.

---

Quidni virtutem merces ſequeretur honori
Debita? quis vellet tantos perferre labores
Alcide dignos, Per tot diſcrimina rerum
Cur ivit Jaſon, quæſitum velleris aurum?
De virtute tua, magnum Themidos decus almæ,
Nil dicam, ſileo. Qui ſis teſtatur aperte
Olhafius Gedani; cujus ſub fronte vireſcit
Laurea juſtitiæ; tua dum tractanda juventæ
Scripta monet graviter. Multùm jactatus ab alto
Palladis ob laudes optatum velleris aurum
Conſequeris tandem, Quid purpura, quidve tiara
Splendens? ſunt vellus. *Conſperſos* pulvere ludi
Præcalidis vitata rotis hos meta coronat,
Evehit ad ſuperos, evectis palma Quiritum
Nobilis offertur. Sancto quod pulvere legum
Verſatus fueris, Legis cape dona Latinæ,
Inſertus Themidos myſtis, cum vertice ſidus,
Sublimi feries, virtus poſt funera vivet!

*Sic feſtinanti calamo Clariſſimo viro juveni Andrea* Meurer/ *J. U. Doctorando, quondam Præceptori ſuo honorando, Jenæ, gratulatus*
Samuel Lückemann.

FINIS.

Desiderantur ex D. Schaff. v. 9.

1. De Nuntiis, D. Lauterbach. Tübingae. 1660.

2. de jure Recomparationis vom Einstandtsrechte D. Rüstorb Jenae. d. a. 60. Freystadii. A. Cortej.

3. De Pasquillis. Rockenbach.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0015-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0016-5

00 A 6330




ULB Halle 3
002 841 843

VD 17

Retro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0017-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0018-6

47.

# DISPUTATIO INAUGURALIS
*Comprehendens*
# FELONIÆ
Methodicam ac ſuccinctam Delineationem,
Cum Decade duplici Corollariorum ex Jure Divino, Canonico, Civili-Publico, Privato, Feudali, Camerali, Saxonico, Conſiſtorali, Statutario ac Collegiorum,

*Quam*

*ADSPIRANTE DIVINA CLEMENTIA,*
Decreto & Authoritate Magnifici ac Nobiliſſimi in Illuſtri Salana JCtorum Ordinis,

*MODERANTE*

*Viro Magnifico, Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo,*

**DNO. ERASMO UNGEPAUR,**

JCto & Anteceſſore in prælaudata Salana Celeberrimo, Conſiliario Saxonico, Facultatis Juridicæ Ordinario, Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſore Primario, Præceptore, Promotore ac Patrono ſuo ætatem venerando,

**PRO LICENTIA**

*Nobilem Doctoris Gradum ejusq; inſignia, honores ac privilegia in utroq; JURE ritè ac ſolenniter conſequendi,*

Diſquiſitioni Publicæ ſubmittit

**ANDREAS MEVRER/ Mutinenſis Miſnicus**

*Ad diem      Novembris*

*JENÆ,*
Typis CASPARI FREYSCHMIDII,
ANNO M. DC. L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-371469-p0019-5